



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Franciscus Paliola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. Franciscus Paliola.

Ortu Nolanus, iam Sacerdos in Societatem nomen dedit. In occidentis Indias anno 1641. profectus, ibi sudavit magno charitatis, demissionis, ac auidæ ad agendum, & patiendum impigriritatis exemplo, vsque ad Sancti cognomentum ore vulgi illi datum. Inter orandū duo agebat potissimū; alterum, vt quicquid ageret, diuinæ gloriæ in sacrificium daret: alterum, vt gratiam obtineret, post sudorem, sanguinem quoque fundendi. In Insula Mindanao, vbi laborabat, eo voto potitus est, cū apostatam quendam sanctæ fidei reddere nitetur. Illum ad se sicariorum globo stipatum aduentare certior factus, ad supremæ lu-

*Itabus. in
Mindanao,
29. Ian.
1648.
Soc. 16.*

Oratio.

Fides.

B. F.

luctationis gloriam in genua sese supplex composuit, & MARIANVM rosarium pro moriendi tessera manu arripuit, victimæ in modum suprema expectans. Ita mortem opperienti sicarij lato cultro, seu gladiolo, ictum primum in maxillam latè atque altè ad extrema vsque colli adegere. Franciscus IESVM, & MARIAM dixit; & auerso vulnere lanceâ in tergo confixus, humiq; collapsus; iterumque lanceâ, & alijs truculentæ mortis instrumentis per transuersaria vulnera transuerberatus, pretiosam animam ita reddidit, vt optârat, Deo. Sacrâ altaris patenâ pro disco abusi barbari, calicem quoque sputis temerare ausi, ligneâ Crucifixi effigiem columnæ

al-

a
f
f
d
p
m
n
gl
ne
ex
re
te
ill
lit
su
im
po
ha
se
in
ibi
fe

alligatam dirè ac sacrilegè
fustibus cæcidere: atq; sacri-
ficales etiam vestes variè lu-
dibrio habuère.

P. Richardus Bradleus.

Operarius laborum, & *Anglus.*
periculorum amans ob ani- *Manche-*
marum lucra. Vnde cum *striae*
nil metuens, inter plumbeã *30. Ian.*
glandium grandinem, vul- *1645.*
neratis militibus poenitentia *etat. 41.*
expiandis diligentiam naua-
ret, globo plumbeo in capi-
te ictus ille quidem est, at
& illæsus; quia paulò ante mi-
litum quispiam prouidenter
suam illi cassidem in caput *Zelus ani-*
impresserat. *manarum.* *Manchestriae*
postmodum in carcerem ab
hæreticis in fidei Catholica *Fides.*
seminatores, ministrosque
infestè intentis coniectus,
ibi gloriosis ærumnis con-
fectus est. adeoque sola illi
vita